

in corpore. qualis apud illos erat  
in mente. Probandi autē erant  
sibi qui eum & sine eodem dili-  
gerent ut dñm. saltem ut pere-  
grinū amare potuissent. Sed  
quia eē extranei acartate non  
poterant hi cum quib; ueritas  
gradiebatur. cum quasi peregrini  
ad hospiciū uocant. Cur  
autē dicimus uocant. cum illic  
scriptum sit & coegerunt eum.  
Ex quo nimirū exemplo colligi-  
tur. quia peregrini. ad hospi-  
cium non solum inuitandis.  
sed etiā trahendi. Mensam  
ponunt. cibos offerunt. & dñm  
quē sacrae scripturae expositio-  
ne non nouerant. in panis frac-  
tione agnoscunt. Audiendo  
ergo pcepta dī illuminati nō  
sunt. faciendo illuminati sūt.  
quia scriptum est. Non enī  
auditores legis iusti sunt apud  
dñm. sed factores legis iustifica-  
buntur. Quisquis igitur uult au-  
dita intelligere. festinet in  
opere complere.  
Ecce dñs non est cognitus dum  
loqueretur. sed dignatus est  
cognosci dum pascitur. hospi-  
tate ergo fr̄s km̄ diligite.

caritatis opera amate. hinc enī  
ppaulum dī. Caritas fraternita-  
tis maneat in uobis. & hospi-  
taltate nolite obliuisci. Per  
hanc enī placuerunt quidā  
angelis hospicio receptis. hinc  
petrus ait. Hospitalitates in  
uicē sine murmuratione.  
hinc ipsa ueritas dicit. hospes  
fui. & suscepistis me. Opinata  
res est ualde. & seniorū nr̄rū  
nobis relatione tradita. Quidā  
pat̄ familias cū tota domo sua  
magno hospitalitatis studio  
seruiebat. Cumq; cotidie ad  
mensam <sup>suā</sup> peregrinos suscepe-  
r̄. quadam die peregrinus  
quidam int̄ alios uenit. ad m̄  
sam ductus est. Dumq; pater  
familias ex humilitatis con-  
suetudine aquā uell̄ in ma-  
nibus eius fundere. conuersus  
urcum accepit. sed repente  
eum in cuius manibus aquā  
fundere uoluerat non inue-  
nit. Cumq; hoc factum secū  
ipse miraretur. eadem nocte  
ei dñs p̄uisione dixit. Ceteris  
diebus me in membris meis.  
hesterno autē die me in mem-  
ipso suscepisti. Ecce in iudiciū